DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

DE

VOMITU CONSENSUALI GRAVIDARUM

QUAM

CONSENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

PRO SUMMIS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS

LEGITIME IMPETRANDIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CASPARUS GIESE

MONASTERIENSIS.

DIE III. M. JUNII A. MDCCCXVII.

H. L. Q. S.

BEROLINI,

TYPIS JOANNIS FRIDERICI STARCKII.

De vomitu consensuali gravidarum.

Nosologia.

Foeminae, quae antea nunquam ventriculi morbis laboraverant, soepius a conceptione usque ad parturitionis terminum, nulla quidem influente causa externa, vomitu corripiuntur, quem juste appellamus gravidarum vomitum consensualem.

Considerando vero memorabiles mutationes, quae si conceperit foemina, usque ad partum comparent, graviditatem vomitum consensualem efficere posse, minime latet.

Praecipue vero sequentia invenimus:

1. systematis nervorum uterinorum commutationem, et exaltationem.
2. omni mense normaliter redeuntis sanguinis fluxus ex utero cessationem.
3. Uterum gradatim ad magnitudinem extendi, qua contenta abdominis comprimantur, et ex situ normali moveantur.

Vomitus a conceptione usque ad 3tium 4tum graviditatis mensem praecipue systematis nervosi uterini immutatione oriri videtur. Uterus, ad evolutionem germinis futuri hominis destinatum organon, nisi menstruum sanguinem excernat, semper in statu est passivo. Si vero post conceptionem fructum includat, nervi ejus, fortasse vi germinis, fortasse etiam aliis causis excitantur, sanguinisque circulus in hoc organo celerius perficitur. Hinc exaltatur quoque inexplicabili quidem modo abdominis et praecipue ventriculi totiusque corporis systema nervorum. Cum vero quodvis systema unius ejusdem individui uti individua ipsa, vario modo et gradu sint excitabilia, in variis individuis magnam observari, necesse est, differentiam symptomatum, quae omnia immutationem virium nervorum, eorumque consensum cum systemate nervorum uterinorum indicant. Quae phaenomena, si vomitum antecedunt, sive comitantur, diagnostica sunt vomitus consensualis nervosi. Prae aliis sequentia observantur: frequentes horripilationes fugaci calore alternantes, spasmi in abdomine modo continentes, modo aliquid cessantes; lassitudo praecipue tempore matutino, vertigo, animi deliquium, subitanea commutatio palloris faciei in ruborem, tremor ar-

tuum, odontalgia, dolores in dorso et in regione ossis sacri, cephalaea, morositas etc.

Quibus cum signis, si vomitus accedit, plerumque tempore matutino, si foemina adhuc jejuna est, post brevem nauseam, et vertiginem, salivaeque in ore confluxum vomituritio incipit. Oritur molestus in regione ventriculi sensus; mox ventriculus antiperistaltice se movet, musculique abdominis tenduntur, et vomitus duobus aut tribus vicibus brevi tempore perficitur, quo plerumque insipida, soepius quoque acida et rancida pituita eructatur.

Post emesin gravida semper melius se habet, nec raro brevi post ipsi jentaculum gratum est.

Sed etiam quovis diei tempore vomitus hic oriri potest, atque interdum quidem symptomata nequaquam graviora sunt; soepissime vero, si per diem vomitus gravidam affectat, exacerbatur, ita ut non pituita solum, sed etiam ingesta emittantur.

3tio 4to usque ad 6tum graviditatis mensem vomitus nervosus manere potest, praecipue si gravidae nutritio in primis mensibus aliquid detrimenti ex vomitu coeperit.

Si vero foemina in primis graviditatis mensibus sana fuerit, nec ejus systema nervorum passum sit, si gravida praeparatione sanguinis non

impedita, viribus sufficientibus quoque gaudeat et succulenta sit, vomitus hisce conditionibus accedens profecto ex nervorum consensu non derivandus, sed aliis causis potius adscribendus est.

Uterus, qui statu non gravido normaliter omni mense sanguinem excernebat, jamjam per plures menses post conceptionem, nisi exceptione rariores adsint, munus hoc suum non praestitit. Eo autem sanguinis fluxu quovis mense octona circiter unciae excernebantur. Jam cum via, qua sanguis superfluus alias excernebatur, in graviditate a germine ipso occludatur, sanguis iste ad foetum alendum non necessarius, in circulum reducitur; qua ex causa major sanguinis quantitas corpori inest, quam antea vasa suscipere erant consueta. Experientia quoque docet plus sanguinis praeparari in gravidis, quam in non gravidis; ex quo perspicuum est, plethoram ad massam oriri debere.

Sanguis vero in graviditate magis ad abdomen tendit, soepe etiam vasa abdominis et praecipue ventriculi debiliora sunt, quam ut sanguinis impetu, quo reliquum vasorum systema in ipsa agit, resistere possint; quo fit, ut vi a tergo urgente impleantur, talique modo plethora ad has partes oriatur. Nervi abdominis sanguine in illos agente irritantur, et varia symptomata, quae vomitum

antecedunt, aut cum ipso exsistunt, et plethoram ad massam, et congestiones ad abdomen indicant: dolores continentes ad fixum abdominis locum, soepe etiam migrantes, qui premendo exacerbantur, pressio tensioque in regione scrobiculi cordis, dolores pungentes in regione ossis sacri, et dorsi, soepe per pelvim lancinantes; spasmi, sensus anxius in pectore, palpitatio cordis, dolor capitis, sussurrus aurium, vertigo, scintillatio oculorum, congestiones sanguinis ad caput, aestus volaticus, magna aegrae inquietudo per diem, somnusque interruptus; soepe vesperi febricula accedit vehementi siti et horrore, aestu alternante. pulsus soepius sunt pleni fortesque interdum quoque suppressi. Quae inter symptomata, si vomitus venit, antecedunt ipsum per aliquod tempus anxietas magna, tensio et pressio in regione scrobiculi, tremor artuum; deinde magnus subsequitur faciei aestus, saliva in ore accumulatur, soepe et ructus accedunt, atque pectus oppressum est, ita ut respiratio impediatur, pulsusque frequentiores et duri fiant. scrobiculus et musculi abdominales tenduntur, atque intestina comprimuntur, et ventriculus variis intervallis evacuatur. Ejectum plerumque acidi, viscidi, aut biliosi saporis, non solum succus stomachicus, sed etiam ngestis commixtum est.

Emesis haec non certo tempore evenit, se
plerumque occasiones antecedentes insequitur
nec raro post exaestuationes, et contentiones vi
rium, saepe inter, saepe etiam paulo post coe
nam occurrit.

Interdum quoque vomitus hic, praecipue s
primordio vehementior erat, quam ut ventriculu
ne blanda quidem nutrimenta perferre posset, pe
aliquod tempus remittit; forsitan, quia aegrot
per aliquos dies cibos assumere non audet, a
chylificatione cessante etiam sanguinificatio minu
tur, sanguisque plethoram efficiens ad reliquum
corpus nutriendum consumitur, et tali modo con
gestio ad ventriculum evanescit.

Vomitus 7mo 8vo et nono graviditatis men
se soepissime uteri extensione, qua abdominis con
tenta dislocantur, et comprimuntur, efficitur.

Vomitui ea causa orto nec multae nec vald
graves molestiae antecedunt. Plerumque foemi
nae constantes pressiones et tensiones in region
scrobiculi accusant.

Simul ac gravidae tantum cibi sumsere, u
tensio et pressio in cordis scrobiculo augeantur
eoque nervi irritentur, antiperistalticus ventricul
motus efficitur; subsequuntur ructus, nec rar
odiosus ventriculi mucus sursum vergit, et saliv

in ore confluente, ac leviori nausea, tensisque musculis abdominalibus, vomitus variis intervallis oritur, usque dum ventriculus plerumque magnam quantitatem ingestorum bile commixtorum ejecerit. Post emesin omnia incomoda, nisi sensus in scrobiculo pressorius, evanescunt.

Ast vomitus ex hisce variis causis non semper levis occurrit, eis, quos supra descripsi, modis: sed interdum etiam tam continens, ejusque symptomata tam vehementia tamque urgentia fieri possunt, ut et gravida et fructus ejus maximo versentur in periculo.

Vomitus primis graviditatis mensibus ortus plerumque nervosus per plures graviditatis menses, quin ad partus terminum usque permanere potest; quo in casu non matutino tempore solum, sed etiam de die quovis tempore adparet, atque jejunitate, scrobiculi pressione, vestimentis arctioribus, insontissimis cibis, alvi obstipatione aliisque etsi levissimis causis citus, gravidam vexat.

Nonnunquam etiam systema nervorum tam sensibile est, ut odor ciborum consuetorum, rerumque fragrantium vomitum facere possit. Illstrinus de Siebold *) gravidam observavit, quae, colo-

*) Siebold über die Frauenzimmerkrankheiten. Theil II. § 885 Anmerk.

rem viridem videns, statim ad vomendum co
batur.

Vomitus ipse plerumque, si tanta vehem
tia aegram corripit, non difficulter perficitur, p
ea vero ventriculus sensibilis et dolorosus r
ditur, aegrota macra et pallida fit, oriturque
tuum tremor, et vires evanescunt. Caput do
et mens timore, vel suae ipsius vel fructus m
tis captus, ita deprimitur, ut ne eloquentia qu
maxima aliquis animum anxium possit len
Quibus phaenominis saepissime febris acce
quae primordio quidem atypica, diutius vero p
durans typum observat, et vere hectica est.

Vomitus a congestione sanguinis ad ven
culum et vomitus ab extensione uteri, si diut
perdurant, vel si atrocitate aegram delassant, n
vosi fiunt, et iisdem comitantur phaenomin
quae antea sub vomitu nervoso descripsi.

Aetiologia.

Gravidae, nervis irritabilibus praeditae,
stericae, luxuriose viventes, pathematibus affec
vomitu consensuali nervoso plerumque corripi
tur.

Vomitu a congestione plerumque foemi
afficiuntur, quae bene nutritae succi plenae et

ıerae sunt, vitam sedentariam atque otiosam de-gunt, et multum sanguinis menstruo fluxu amittunt.

Foeminae urbanae soepius, quam rusticae, vomitui subjectae sunt, quippe qnae a parentibus debilibus natae, jam a prima aetate educatione emollitae, delicataeque fiunt, et affectibus tantopere expositae sunt, quorum rustica laboriosa robusta, aëris vicissitudinibus durefacta, nec nimie menstruans, nihil experitur.

Causae occasionales externae interdum non adsunt; interdum vestimenta arctiora, vita sedentaria corpore prorsum flexo, coitus, animique pathemata et causae supra jam descriptae, occasiones praebent. —

Prognosis.

Vomitus nervosus, si solum modo matutino tempore accedit, et si lenis est, neque gravidae neque fructui nocet, viribusque naturae medicatricibus plerisque in casibus sanatur, dummodo gravida justa ratione vivat.

Vomitus hic certum tempus non perdurat. saepe brevi post conceptionem, soepe post temporis spatium sat longum gravidam vexat; menses integros perseverare potest, interdum aliquibus

diebus finitur; nec raro periodis variis 'gravid
relinquit, revenitque.

Vomitus levis a congestionibus ad abdom
naturae etiam viribus sanari potest. Diutius p
durat, raro pluribus intervallis aegram vexat,
nisi in vomitum nervosum transmutetur, (quo
si per longum tempus durat, aut vehemens e
soepius evenit) gravidae non est noxius; q
imo prodesse potest, cum congestiones et pleth
ram diminuat, quod jam Kleinius *) observav
„praegnantium, inquit, nauseam si vomitus n
subsequitur, facile incidunt dispnoea, vertigo, a
xietas, levis animi defectio."

Vomitus mitis utero expanso effectus n
magni est momenti. Plerumque permanere s
let, usque dum uterus sidere incipit. Interdu
tamen alvi dejectione regulata vomitus cessa
Soepe etiam naturae observatione gravidae v
indicatur, qua vomitum praecavere possit, cu
pressio in regione scrobiculi inter coenam ip
indicet, quod pluribus vicibus de die, parum ci
comedere debeat.

Vomitus raro subito cum vehementia grav
dam affectat, ac terminus non destinatus est, qu
vomitum gravem et levem discernas.

*) Ludw. Gotfr. Kleinii Interpres clinicus.

Vomitus gravis, nisi mox leniatur, et gravi-
ıe et fructui obnoxius est. Kleinius *) jam di-
t: „gravidatae, quae ad 4 — 5. mensem vo-
itibus fatigantur, tarde iis venter intumescit, et
›n nisi ad deficientes vomitus." Gravida mag-
ım succorum quantitatem vomitu amittit, et re-
ıperatio ejus omnino cessat. ideo illa emacescit,
etusque male alitur, et ante destinatum tempus
. lucem editur, vel, si destinato tempore enititur
acer et debilis est, vel si attamen justam acqui-
verit magnitudinem, partus difficulter perficitur.

Vomitu, si magna virium intensione perfici-
r, et alia mala proveniunt, gravidae et fructui ob-
›xia: Vomitus cruentus, spasmi et debilitas ventri-
.li, retroversio et prolapsus uteri, abortus, et her-
ae. Foemina vomitu etiam ita debilitari potest,
nunquam vires amissas et faciem sanam recu-
:rare possit. Post partum vomitus semper ces-
t.

Therapia.

Vomitus gravidarum, ut praecaveatur, vel, si
itis sit, sanetur, aut ut gravior moderetur, regu-
ıe quaedam gravidae sunt praescribendae, qua-

*) lib. cit.

rum notio medico maximi est momenti. praec-
pue sunt notandae:

1. gravida aëre libero fruatur.
2. quotidiana motio usque ad levem defatigatio-
nem ipsi est commendanda.
3. Utatur vestimentis talibus, quae non arc-
sint, et nullam corporis partem premant.
4. soepius per diem et parca sumat alimenta.
5. nullis cibis fruatur, qui difficiles sunt di-
stu, aut tormina excitant; modo qui opti-
conveniant, seligendi sunt.
6. vitet omnes animi affectus.
7. praecaveat perfrigerium.
8. modice tantummodo coitum celebret.
9. gravida curet, ut quovis die alvum sepon-
10. gravida nunquam per longum tempus
jejuna.

Haec remedia soepius jam dimidiam perfi-
unt curam, ideoque prima sint, quae medicus gr-
vidae praecipiat. Quodsi medicus vomitum,
vehemens erat, his remediis non feliciter min-
rit, vel si levis erat, sanaverit, medicaminibus vi-
naturae suffulcientibus opus est.

Vomitus e nervorum consensu nervina
analeptica plerumque requirit. Infusiones et aqu
destillatae, herbarum menthae piperitae, menth

ispae, majoranae, melissae et corticis cinnamo-
i aut sine, aut cum analepticis calidioribus, spi-
:u nitri dulci, spiritu sulphurico aethereo, aethe-
acetico, maximae laudis sunt remedia. Si gra-
dae tenerae et debiles, animique deliquiis soe-
us subjectae sunt, in plerisque casibus hisce
odo remediis sanantur; curam vero cerevisiae
. aquae minerales acidum carbonicum continen-
s et vinum campanicum optime suffulciunt.
ravidis vero robustis, bene nutritis, si vomitu
borant nervoso, remedia acidum carbonicum
:um continentia, quod in ventriculo, si acidum
egetabile addideris, liberatur, conveniunt.

Kali carbonicum, natrum carbonicum aqua
luta, et magnesia carbonica soepissime in usum
ahuntur, et experientia docet, ea esse efficacis-
ma remedia. Meliori cum effectu tamen adhi-
entur, si paulo post eorum deglutitionem ace-
im, acidum citricum aut sal essentiale tartari aqua
iluta post bibantur, vel si haec kalia acidis com-
ixta tempore exaestuationis sumantur.

Si remedia haec effectum praebeant, soepius
er diem sumantur.

Si vero antea descripta medicamina effectum
on praebeant exoptatum, ipecacuanhae parvae
oses, uti S. G. Vogel *) commemorat, maximas

*) Handbuch Theil 6. § 59.

laudes merentur, iisque foeminis, quae vomi[illegible] debilitatae sunt, magnos effectus praestitere.

Pater meus soepe octavam vel sextam gra[illegible] partem pro dosi in casibus adhibuit, in quib[illegible] nullum remedium aliquid praestiterat, et fere i[illegible] omnibus his casibus magnum observavit effectu[illegible] In aliis secundo die vomitus jam cessavit, i[illegible] aliis sensim in octo dierum spatio.

Ipecacuanha parvis opii dosibus juncta m[illegible] jores praebet vires.

Si vero vomitus vehementior sit, quam [illegible] remediis solis internis mitigetur, soepe medic[illegible] mina externe adhibita magnum fructum ferunt [illegible] prondolor soepe quoque medicus hisce solis rem[illegible] diis suffulcire coactus est, si remedium quodv[illegible] internum vomitu ejiciatur.

Olea aetherea spiritu vini commixta, spiritu[illegible] aromatici, linimentum volatile cum narcoticis re[illegible] mediis, uti opio hyosciamo et cicuta junctum, i[illegible] regione scrobiculi leniter illinita maxime sunt lau[illegible] data.

Sin autem frictionibus vomitus ciatur, hae[illegible] remedia cum charta bibula vel bysso in region[illegible] epigastrii applicanda sunt; seu emplastra antispa[illegible] modica, uti emplastrum opiatum, emplastru[illegible]

foe[illegible]

›etidum, emplastrum de galbano crocatum, et mplastrum conii in eo loco adhibeantur.

Sed et haec remedia vomitum efficere posınt, quibus in casibus desperatis vesicantia, cuırbitalae, et frictiones cum spirituosis in dorso ffectum habuere, et etiam clismata antispasmoica applicanda sunt.

Gravida si nimis debilitatur, vomitusque nul› modo coarctandus est, vita solummodo aegroe est sustinuenda. Enemata e jusculis nutrientiıs soepius de die injecta, balnea gravata remeis nutrientibus vitam prolongare possunt, usque ım ventriculus quiete sensibilitatem amiserit.

Vomitus, in gravida plethorica, bene nutrita, congestionibus sanguinis ad abdomen ortus, opme venae sectione larga sanatur, quae interdum o conditione gravidae et symptomatum morborum reiteranda est.

Hirudines in regione epigastrii utique prosse possunt, si signa congestionis gravioris ad ıdomen adsint, et synaestesis aegrotae venae secınem non admittat.

Vomitus, si urgentia symptomata hisce remeis comminuta sunt, vel si levioris congestionis ventriculum signis comitatur, antiphlogisticis vioribus, salibus gas carbonicum continentibus,

acido vegetabili junctis, sive acidis puris dilutis sive haustu aquae frigidae plerumque sanatur.

Sin autem character ejus in nervosum muteatur remedia jam antea descripta adhibenda sunt.

Vomitus uteri expansione effectus, si non gravis est, praecipue remediis diaetheticis supra jam descriptis sanatur. Graviori vero medetur fringendo ventrem oleis pinguibus, fomentandi et adhibendo semicupia. Quibus remediis adhibitis si nilominus perdurat vomitus, plerumque nervosus fit, et hujus tractationem postulat.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE BEROLINENSIS

A D I E C T U M.

Monasterii Guestphalorum anno 1794 patre natus sum Rudolpho Giese medicinae consiliario.

Usque ad duodecimum vitae annum a magistro publice et privatim instructus in Gymnasium paulinum susceptus sum.

Hic per quinque annos in omnibus necessariis praenotionibus instructus decimo octa

itae anno philosophiae candidatus logices, phy-
ces, mathesi sublimiori et aetheticae incubui.

Vitae anno decimo nono curriculum incoepi
ıedicum. Tres annos Monasterii ad dicendam
ıeoriam impendi, et in hoc tomporis spatio prae-
ectiones chemiae, botanices, pharmaciae, phisio-
ogiae, anthropologiae, anatomiae, materiae mé-
icae, pathologiae et therapiae, artis obstetriciae
t chirurgiae frequentavi, nec non a patre instrue-
ar.

Hos tres annos continuo studio vero non
eregi, nam, primo anno tranquille praeterlapso,
atriae anno $18\frac{1}{14}$ per septem menses et anno
815 per quinque menses chirurgus nosocomialis
ervii.

Autumno anni 1815, ut in praxin erudirer,
Viennam petii, qua praecipue clinica et praelec-
iones illustrissimorum Hildenbrand, Beer, Zang
t Boer frequentavi.

Mense Octobris anni 1816 Berolinum, ut ul-
erius in arte medica erudirer, profectus, clinica
erillustrissimorum Hufeland, Horn et Graefe,
tque praelectiones anthropologiae forensis peril-
ustrissimi Knape frequentavi.

Tentamine et examine inaugurali jam perac-
is summos in arte medica honores apud gratio-
um medicorum ordinem rite ambio.

THESES.

I.

Calcaria, baryta et strontion inter kalia sunt nummeranda.

II.

Iritis syphilitica internis remediis solis non sanatur.

III.

Hydropem calidum phlebotomia solvit.

IV.

Peripneumonia a pleuritide distingui nequit.